Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



non uterq; ꝑmartyriū occubuit. et tam̄ qđ uterq; calicē
biberent audierunt. Iohannes namq; nequaquā ꝑmar
tyriū uitā finiuit. sed tam̄ martyr extitit. quia passi
onē quā non suscepit incorpore. seruauit inmente. Et
nos ergo hoc exemplo sine ferro ēē martyres possumus. si
patientiā ueracit̄ inanimo custodimus. Non absq; re ar
bitror frs̄ kmi. si unū uobis exemplū seruandę patien
tię adędificationē loquor. Fuit quidā diebus nr̄is stepha
nus nomine. pat̄ monasterii uixta reatinę urbis moe
nia constituti uir ualde sc̄s. patientię uirtute singu
laris. Et sup̄ sunt multi qui illū nouerunt. eiusq; uel
uitā uel obitū narrant. Erat aūt huius lingua rustica.
sed docta uita. Hic ꝓamore cęlestis patrię cuncta de
spexerat. possidere aliquid inhoc mundo fugiebat.
tumultus deuitabat hominū. crebris ac ꝓlixioribus ora
tionibus intentus erat. Uirtus tam̄ patientię ineo uehe
menter excreuerat. ita ut eū sibi amicū crederet. q̄
sibi molestię aliquid inrogasset. Reddebat contumelius
gr̄as. Si aliquod inipsa sua inopia ei damnū fuisset inla
tū. hoc maximū lucrū putabat. Om̄s suos aduersarios.
nil aliud quā aduitores ęstimabat. Hunc cū dies mor
tis egredi decorpore urgeret. conuenerunt multi. ut
tam sc̄ę animę de hoc mundo recedente suas animas
cōmendarent. Cumq; circa lectū illius hi qui conuene
rant om̄s adsisterent. alii corporeis oculis ingredientes
angelos uiderunt. sed dicere aliquid nullomodo potu
erunt. Alii omnino nihil uiderunt. sed om̄s quiaderant.